

eclipticæ cum sinu maximæ declinationis  $\odot$ , pductū inde diuide in totum sinum, & proueniet declinatio mediū cœli ab æquatore, quod etiam didicisti iam supra quærere in pronunciato 5. Deinde fac inuenias per pronunc. 27. angulū eclipticæ & meridiani in parte orientis, angulū inquam illū, qui recto minor est, eum inuenies, si sinum secundū maximæ declinationis tibi proponas, & sinum cōplementi declinationis mediū cœli minorē duxeris in sinum totum, pductum in maiorē diuiseris, tunc sanè arcus quotientis erit quātitas eius anguli. Porro si sinum distantiaē zenith à gradu mediū cœli ducas in sinū anguli iam inuenti, productū in sinum totū, arcus quotientis ostendet distantiaē zenith à 90. gra. ab ascendente, qui arcus semp̄ ad angulos rectos sphaerales super circulū maiorē ductum ex polis zodiaci per zenith capitis cadit. Ad hæc quære quantū 90. gra. ab ascendente distet à medio cœli, & quidē propone tibi sinū cōplementi arcus distantiaē zenith à 90. gra. ab ascendente, & sinū cōplementi distantiaē zenith à medio cœli, minorē duc in sinū totum, pductum diuide in maiorē, & arcus quotientis monstrabit arcum eclipticæ à medio cœli usq; ad gradū eclipticæ, qui occidit in parte occidentis: sin autē subtraxeris illum arcum à 90. gra. tunc manebit arcus ille distantiaē 90. gradus ab ascendente à supremo cœli. Et si acceperis gradum oppositū occidentis, habebis gradū illum qui oritur in oriente sup̄ horizontem. Sin uero punctū mediū cœli fuerit in medietate eclipticæ descendenti, tunc adde arcum quotientis ad mediū cœli, & proueniet gradus ascendens, cuius contrariū eius gradus eclipticæ occidēs in parte occidentis. Sed si arcū quotientis subtrahas à 90. residuum etiam subtrahas à gradu mediū cœli, tunc manet gradus 90. ab ascendente & occidente, qui semp̄ supremus siue altissimus existit eclipticæ gradus supra horizontē, nō ille (ut imperiti putant) qui tangit mediū cœli, atq; in ea re operæ precium adhuc fuerit exemplū proponere, quo facilius intelligas. Proximo pronunciato inueni iam mediū cœli ad horam intronizationis, gradus ille fuit 15. mi. 40. V, sinū quoq; distantiaē illius à principio V, scilicet 28680. duxi in sinū maximæ declinationis, pductū diuisi in sinū totum, & in quotiente ecce iā inuenio 11435. arcus eius 6. gra. 34. mi. declinatio est mediū cœli, deinde quō angulū eclipticæ & meridiani, multiplicādo sinum cōplementi maximæ declinationis  $\odot$  91706. cū toto sinu, & diuidendo pductū in sinum cōplementi declinationis mediū cœli 99343. in quotiente iam inuenio 92312. arcus eius 67. gra. 23. mi. angulus ille est causatus ab ecliptica & meridiano orientalis Borealis. Adhuc autē multiplico quotientē istum rursus cū sinu distantiaē zenith à puncto mediū cœli, scilicet 66174. & diuido pductū in sinum pfectum, in quotiente inuenio 61084. arcus quotientis illius est 37. gra. 39. mi. q̄ & distantia est zenith à 90. gradu, qui cōputatur ab ascendente. Si deinceps sinū cōplementi illius 77777 adseruem in locū diuisoris, & sinum altitudinis mediū cœli, qui & sinus est cōplementi distantiaē zenith à medio cœlo, ducā in sinum totum, & pductū diuidā in ipsum diuisorē, inueniam utiq; in quotiente 94691. arcus eius est 71. gra. 15. mi. Iam si tantū quoq; accipias contra signorū ordinē à puncto mediū cœli, finietur arcus in 5. gradu 25. mi. Aquam, qui gradus est occidens in parte occidentis ipso tempore intronizationis, quintus etiam gradus 25. mi.  $\odot$  est ascendens quem quærebam. Si autē subtrahas 71. gra. 15. mi. à 90. remanebunt tibi 18. gr. 45. mi. & tantū quidē distat gradus ille 90. ab ascendente à medio cœli uersus ortum, si autē addas mediū cœli, puta 16. gra. 40. mi. ad 18. gra. 45. mi. tunc attinget planè 5. gradum 25. minutum  $\gamma$ , qui & gradus est nonagesimus ab ascendente.

PRONUNCIATVM XXXI.

Angulum ab horizonte obliquo cum ecliptica causatum per expeditam supputationem cognoscere.

Inuento iam gradu ascendente ex 30. pronunc. quære deinceps per aliquā ex tribus illis pronunc. 26. 27. aut 28. angulū quē effecit ecliptica præcisè in gradu ascendens cum meridiano uersus orientē. Porro autē ubi scire cupis etiam illum angulū, quē facit ecliptica in ipso puncto ascendens cum horizontē, tunc tibi ppone sinum cōplementi declinationis illius gradus eclipticæ, similiter & sinum eleuationis poli, minorē ex ijs duc in sinū totum, pductum diuide in sinum maiorē, & arcū quotientis dico angulū cōmunem, idq; eò maxime, qn̄ si punctū illud eclipticæ ascendens, uel penes quod angulū horizontis & eclipticæ